

Iob. 17.

tienter expectent. Est ista *sationis* metaphora omnium pulcherrima, & maximæ consolationis. Sciebat hanc *sationem* lucis patientissimus Iob, ideoque dicebat: Post tenebras spero lucem. Seminant piij cum lachrymis, quod messis huius tempore cum exultatione sunt messuri. Contrà impij cum gaudio & exultatione sementem perpetuæ tristitiæ faciunt, quam suo tempore sunt maximis cum angustijs collecturi.

Quibus lux  
& læticia  
sata sit.

3. Tertiò, obseruandum etiam est, quibus lucem & læticiam satam esse dicat: *Iustis*, inquit, & *rectis corde*. Cogitas hîc, quânam sint illi iusti & recti corde: cum nemo mortalium iustum esse se, & castum habere cor, verè gloriari queat. *Iustitiæ* dictio aliquando quidem pro omnium virtutum perfectione sumitur. Huiusmodi iustitia non potest vlli mortalium adscribi, nisi per imputationem coram Deo, quæ est ex fide in Christum. At interea sumitur etiam pro singulari quadam animi probitate & bonitate, vt *iustus* rectè vocetur vir bonus, æquus, probus, humanus. Sic Psalmo 51. supra orat Propheta: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & laudibus celebrabit te lingua mea וְהוֹדוּךָ. id est, iustitiam tuam: quæ certè nihil est aliud, quàm bonitas illa Dei, qua peccatori peccatum remittitur. Eadem probitas dicitur etiam cor rectum, cuius oppositum est, cor prauum, detortum, peruersum & iniquum, qualia sunt impiorum & filiorum huius seculi. Huic igitur generi mortalium, qui quoniam insontes sunt & corde simplici, ergaque Deum recto, à filijs huius seculi adfliguntur, rectè dicit Propheta, *satam esse lucem & læticiam*.

OBSER.

Vers. 12.  
Duplex est  
pijs læticia  
genus.

*Letamini iusti in Domino*. 11. Notandum est, quòd eos hortatur vt lætentur, quibus versu præcedenti *lucem & læticiam satam*: hoc est, repositam & reconditam esse dixit. Ergo duplex est læticiæ genus, quæ iustis datur. Vnum est eius, quam expectamus in futura luce: alterum eius, quæ mente concipitur in hac vita, etiam in ipsis tribulationum tenebris. Tale gaudium erat Apostolorum, qui contumeliam pro Christo passi gaudebant, Act. 5. & Ebr. 10. dicit Paulus: Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustinuitis. Gaudium hoc est in Domino: hoc est, in fide erga Dominum, propter gratiam Domini, cuius sensum animus fidelis percipit in hac vita. Non morantur piij extra Dominum quicquam, cuius nomine gaudeant, sed gaudium eorum est in Domino. Sic Paulus, Philip. 4. dicit: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Gaudium hoc non potest esse filiorum huius seculi, qui præsentibus tantùm mouentur, nec vllò sunt rerum spiritualium sensu præditi.

Laus Dei.

2. Deinde in eo quod subdit: *Et laudate ad memoriam sanctitatis eius* duo sunt notanda. Vnum quòd læticiam, quæ in Domino sit, & laudè Dei coniungit. Rectè, non potest enim verè & ex animo laudare Dominum, qui in illo nò lætatur. Alterum, quòd laudem Dei memoriæ sanctitatis Dei annectit. Et hoc meritò, est enim hic præcipuus vsus diuinæ laudis, vt exercitio illius memoriam Dei, & omnium beneficiorum ab illo acceptorum in animis nostris refricemus. Sic habet hic versus & radicem & fructum diuinæ laudis. Radix est læticia in Domino: fructus est, memoria Dei ac bonitatis illius.

## PSALMVS XCVIII.

## ARGVMENTVM PSALMI.

**E**xcitat Propheta hoc Psalmo vniuersam terram, & cuncta quæ in illa sunt, ad laudem Dei: idque facit singulari læticia, exultationis ac tripudij exuberantia, propter insignia quadam diuinæ bonitatis ac beneficentia miracula, quibus Israeli succurrit: id quod versu 3. patet. Quæ verò illa sint, expressè non memorat. Nec opus est, vt hac de re anxie queratur, cum sub Dauide se penumerò populū suum ab inuasiono hostium liberauerit. Perspicuum autem est, prospicere Prophetam ad tempora Christi, quibus Psalmi huius spiritus magis quàm temporibus ipsius Dauidis competere videtur, propter plenam & exuberantè affectuum hyperocham.

VERS. I.



**ANTATE** Domino canticum nouum, quoniam mirabilia fecit, salutem operatus est sibi dextera sua & brachio sancto suo.

2. Notam fecit Dominus salutem suam, in oculis gentium reuelauit iustitiam suam.

3. Recordatus est bonitatis suæ & fidei suæ domui Israël: viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri.

4. Iubilate Domino omnis terra: uociferamini, & exultate, & psallite.

5. Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi.

6. In tubis & voce buccinæ, iubilate in conspectu regis Domini.

7. Perstrepet mare & plenitudo eius, Orbis & qui habitant in eo.

8. Flumina plaudant manibus, simul montes exultent.

9. Antefaciem Domini, quoniam venit ad iudicandum terram: iudicabit Orbem in iustitia, & populos in equitate.

LECTIO.

Vers. 1.

Salutem operatus est dextera sua, & brachio sancto suo. Ebr. וְשִׁיעַ עַיִן יְמִינֵי וְרוּחַ קִדְשׁוֹ. Græc. ἰδοὺ αὐτὸν ὁ δὲξίᾳ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίον ὁ ἅγιος αὐτοῦ. Vulg. Lat. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius Sic legit & Hieronymus. Pagninus sic: Seruauit eum dextera eius, & brachium sanctitatis eius. Sic legit & Felix Prat. Iustinianus sic: Saluabit sibi dexteram eius, & brachium sanctum eius. Ex recentioribus quidam particulam hanc

... sic legunt, vt  
... solitari d  
... veribus nil  
... Cantu Domino  
... in initio & in  
... primis ve  
... Domino  
... operatus est  
... nullus aliu  
... Nec offend  
... dextera sua  
... impios de  
... pote. Esa. 55  
... Et vidit  
... operatus est tibi  
... cap. 63: Di  
... auxiliator: aq  
... ipsa sulciat  
... Notam fecit Don  
... exercend  
... est salutis d  
... non cogit  
... salutem eius.  
... Recordatus est bo  
... inquit, a  
... tanta simus  
... terra: viderit  
... te Domino  
... Orbis, flum  
... dum, into nar  
... Pal. 96. vers. 1.  
... Antefaciem Don  
... hic vere  
... exposita est.  
... Saltem operat  
... Dei presci ab im  
... dextera non de  
... san agat, & glori  
... huius particu  
... quod certum est  
... allerat. Nullius op  
... hoc nostram imb  
... quod brachium  
... ipse sanctus, & qu  
... ob id sancti vocat  
... dius ille, quem m  
... fuit in occisione  
... est, ergo non tue  
... Notam fecit Don  
... titia Dei, cum t  
... dextera & brachi  
... dicitur est ani  
... & Propheta ha  
... illud fuerit ob  
... describit & poten  
... Alibi quidem dic  
... vs facendi volun  
... solum vt omnipo  
... Recordatus est bo  
... Spiritus sanctus r  
... solum esse boni  
... cum tamen nulla  
... ferri malus. 2. De  
... bonitas præcedat  
... ingenium  
... hoc notemus, quo